

4614.

1350 Sept. 1.

Margareta, Gunnars enka, testamenterar till åtskilliga kyrkor, kloster och personer jordegendom, penningar m. m. och förordnar om uppgörelse af sin skuld till brodern Nils Udsson.

L. Sparres afskr. saml. i Sv. Riksark. sign. J. 6 f. 269.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Margareta, quondam Gunnari relicta, licet corpore debilis, attendens, quod cuncta, que in hoc mundo sunt, vanitati subiacent et ad suam tendent[\varnothing : -dunt] originem naturaliter vniuersa, nam [\varnothing : nisi?] ea que in pietatis opera misericorditer eregentur [\varnothing : erogentur]: idcirco bona mea temporalia mihi ab ipsa creatione [\varnothing : ipso creatore] collata commutata cupiens in eterna, testamentum meum ordine[\varnothing : -no] in hunc modum: pro lege [\varnothing : primo lego] et confero bona mea in Knäuatorp cum omnibus suis adiacenciis pro animabus Petri Jonssons, Gunarii[\varnothing : -ri] Germulsson necnon et mea filieque mee Ingridis ecclesie in Bolmssø condonasse(!), ita tamen quod ad diem iudicii misse annuatim pro prenominatis necnon pro defunctis celebrarentur. Item ecclesie in Bolmssø 3 marchas denariorum, item ecclesie ibidem vnum annulle [\varnothing : annulum] ad 1 calicem. Item ecclesie in Tanakir 1 marcham denariorum, Tortham [\varnothing : curato] ibidem similiter. Item ecclesie in Byrgum [\varnothing : Byarum] 1 marcham, curato ibidem 1 marcham. Item ecclesie in Femsrydh 1 marcham, curatoque ibidem tantum. Item curato in Fargarydh duas marchas. Item ecclesie in Langarydh 1 marcham, curato ibidem tantum. Item curato in Wndharydh 1 marcham. Item domino Karolo Gusa 1 marcham. Item domino Sunoni in Timultorp [\varnothing : Kultorp] 11 marchas. Item curato in Thyrscharge [\varnothing : Torskenge] 1 marcham. Item domino Johanni longo, presbitero in Watahult, 1 marcham. Item curato in Hanger 1 marcham, curato in Danness 1 marcham. Item fratribus in Halmstadum d[imidi]am marcham. Item fratribus Junocopiæ d[imidi]am marcham. Item in prenominato testamento me[o] xx marchas recognosco esse Nicholai[\varnothing : -ao] Udsson, fratri meo, obligatas, pro quibus quidem marchis et prenominato testamento bona mea in Colahult cum omnibus pertinentiis suis a me et meis heredibus in ipsum et suos heredes jure perpetuo defero possidenda. In cuius rei euidenciam sigilla virorum discretorum, videlicet domini Wæmundi, canonici ecclesie Lincopensis, Erici Mag[\varnothing : -gni?], Nicholai, fratris mei, Erici Nichlason vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Scriptum anno Domini m^occc^ol^o die sancti Egidii abbatis.

Euligt ritningen ha fyra sigill varit påsatta.

4615.

1350 Sept. 7.

Ragnild Hinzadotter gifver i testamente till Skokloster $\frac{1}{2}$ markland i Hökista i Baldinsta (Balingsta) socken, samt till abbedissan och flera namngifna personer penningar eller lösegendom.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

In nomine Domini amen. Ego Ragnildis Hinzadottir, licet corpore debilis, mente tamen et racione sana, volens salutis anime mee salubriter prouidere,

testamentum meum condo, ordino et dispono in hunc modum: in primis lego conuentui sanctimonialium in Sko, apud quas eligo sepulturam, dimidiam marcham terre in villa Høkistæ, parochia Baldinsta, domine abbatisse vnum annulum, priorisse vehiculum cum vrsina pelle et siila, subpriorisse vnum annulum, domine Cristine Johannis pelles mardelinas pro mantello, sorori sue domine Ingiborgi vnum mantellum blaiuum, langlakan, domine Walborgi pellicium mardalinum, domine Lucie vnum annulum, domine Ingridi vnum annulum, domine Cristine Øpini vnum antiquum tapetum, domine Ingeborgi Olavi vnum annulum, domine Elizabeth vnum tapetum antiquum cum cussino et cultello, pro dominabus infirmis vnam culcedram cum cussino et ceruicali, domine Birgitte de Sakastum vnam crucem auream, domine Elene, domini Gislonis filie, vnum librum, domicelle Margarete vnum par vestimentorum, videlicet mantellum cum foratura, tunicam cum collobio cum ærmaspennilsse, duo strik, ymaginem beate virginis in tabernaculo argenteo, een kapolaad cum scrinio, domicelle Ingigerdi, filie domini Gregorii, vnum muskushws de argento, fratri Olauo, priori Sictunie, vnum coclear argenteum, fratribus ibidem iiii cussinos, fratri meo dilecto Laurencio vnum coclear argenteum, predicatoribus in Stokholmis vnum frustum, dictum pæld, fratribus minoribus Vpsalie eet par skarlakan, domino Erico, scolastico Vpsalensi, vnam culcedram, domino Jacobo in Løstum vnum vas argenteum, domino Johanni, confessori meo, vnam marcham denariorum, domino Michaeli j marcham denariorum, Ingemundo quinque vlnas kærtist pro kapa, Cecilie in Appaldhum vnum mantellum blaiuum, sorori sue Elene tunicam cum capucio, Ragborgi, puelle mee, mantellum cum tunica. Quod si quid de rebus meis non dispositis residuum fuerit, peto vt vendatur, ita vt quelibet domina consecrata vnam oram et quelibet soror, non consecrata, diuidiam habeat oram denariorum. In cuius facti testimonium sigilla discretorum virorum, domini Michaelis et domini Johannis, dilecti confessoris mei, presentibus peto apponi, quia proprium non habeo sigillum. Datum anno Domini m^occc^ol^o in profesto natiuitatis beate virginis.

På baksidan: super villa Høkista parochia Baldinsta.

Sigillen borta.

4616.

1350 Sept. 8.

Ingrid Svantepolksdotter, fordom abbedissa i Vreta, och konventet derstädes öfverlemnna åt Thyrgils, kallad Gothabonde, en ätting i Lera i Kimstads socken med rätt till eldbrand och »gardafang» i skogen Gebatorp och Kimstad.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ingridis Suantæpolxdotter, condam Wrethis abbatissa, totusque conuentus ibidem salutem in Domino sempiternam. Quia id quod inter presentes agitur, ne posteris occultum habeatur, solet litterarum testimonio confirmari, idcirco tenore presencium recognoscimus nos discreto viro Thyrgillo, dicto Gothabonda, suisque heredibus vnum attongum in Lero cum omnibus suis adiacenciis infra sepes et extra, prope et remote, in sicco et humido,